

Les sources manuscrites de la théorie de la musique
(S. IX-XVI)

Tübingen, Universitätsbibliothek (D-Tu)
Mc 48, f. 14r-17r

Transcription : Christian Meyer
(septembre 2012 – rév. oct. 2017)

14r

¹ Est autem ergo specialiter videndum quod huius operis due sunt partes principales. ²In quarum prima determinatur de nominibus vocum et cum hoc de modo mutacionum. ³In 2^a vero parte huius operis determinatur de tonis scilicet ostendendo cuius toni unusquisque cantus sit sive fit <in> introitibus sive in gradalibus sive in antiffanis etc. ⁴Consequenter advertendum est de articulo primo.

⁵ Quantum igitur ad primam partem huius operis est notandum quot septem sunt littere latine quibus omnes voces exprimuntur, scilicet ·A·, ·B·, ·C·, ·D·, ·E·, ·F·, ·G·. ⁶ Et illis latinis una greca littera preponitur quia latini ortum habent a greco. ⁷ Et nota ex quo hic incipit determinare de voce seu de vocibus. ⁸ Tunc vox in manu sic describitur : vox est sonus continens aliquam istarum sex *ut, re, mi, fa, sol, la*, et sunt sex voces in manu ⁺...⁺ quibus vocibus ipsa tota musica conservatur scilicet *ut, re, etc.*

Versus :

⁹ His sex formatur tota musica et servatur.

¹⁰ *Ut re mi fa sol la* modulatio musice cantat.

⁸ manu ⁺...⁺ quibus] manu men^{bus} (*post corr.*) quibus cod.

¹¹ Et nota quod septem littere preanumerate una cum istis vocibus eciam dicuntur claves.

Versus :

¹² Sillaba sit prima clavis reseratque cantum.

¹³ Sunt voces relique quia cernuntur resonare.

¹⁴ Secundo est notandum principaliter quod decem et novem sunt claves in manu et una extra manum, scilicet ·ela.

Versus :

¹⁵ Claves in manu reperimus denas quoque novem.

¹⁶ Pro quo notandum quod clavis in manu sic describitur : clavis est littera alphabeti cum certa vel certis voce vel vocibus sibi adiuncta vel adiunctis ostendens ubi quilibet cantus incipiatur et finiatur. ¹⁷ Et nota quod ille decem et novem claves dividuntur in quinque partes. ¹⁸ Unde prime 4^{or} dicuntur graves, quia cum gravi accentu proferuntur. ¹⁹ Sequentes autem 4^{or} id est secundi 4^{or} dicuntur esse finales quia omnis cantus regularis et Gregorianus in eis finitur. ²⁰ 3ⁱⁱ autem 4^{or} dicuntur accute quia sono accuto proferuntur, i. voce excelsa, ut bene patet in cantu acuto. ²¹ 4ⁱⁱ au- tem sequentes dicuntur superacute quia cantus coralis in eis altiori sono profertur. ²² Quinti autem sequentes et ultimi dicuntur excellentes quia iste claves omnium aliarum clavium excellunt, i. nullus est cantus compositus regularis et Gregorianus, qui istas voces in numero 4^{or} existentes excellat.

²³ 3^o principaliter est notandum quod tres sunt cantus in manu, scilicet be duralis, naturalis et b mollis.

Versus :

²⁴ Tu qui solvabis tres cantus esse notabis.

¹² reseratque] reserat quia cod.

¹⁵ manu] numero cod.

²⁰ acuto] accanto ante corr. ab alia manu | bene lect. dub.

²⁵ Pro quo notandum quod cantus in manu sic describitur : cantus est modulacio harum sex vocum, scilicet *ut, re, mi, fa, sol, la.* ²⁶ Et isti tres cantus preanumerati, scilicet b duralis, naturalis et b mollis subdividuntur in septem, scilicet be duralis in tres, naturalis in duas, similiter et b mollis in duas. ²⁷ Unde primus cantus b duralis in manu incipit in ·G·ut in prima clave in linea et finitur in ·E·lami in spacio. ²⁸ 2^{us} autem b duralis incipit in ·G·solreut in spacio, et finitur in ·e·lami in linia. ²⁹ 3^{us} autem b duralis incipitur in ·gg·solreut in linia et finitur ex<tra> manum in ·e·la in spacio. ³⁰ Corellative ubicumque ponitur in manu ·g· simplex vel duplata, ibi incipitur aliquis cantus b duralis, et ubicumque ponitur ·E· simplex vel duplata ibi finitur aliquis cantus h duralis. ³¹ Et nota quod 3^{us} cantus h duralis non habet finem in manu cum solum in manu bis ponatur illa littera ·E·. ³² Aliqui tamen subiungunt ·e·la in fine omnium clavium et extra manum ad finiendum 3^{um} cantum h duralem.

14v

³³ Sed primus naturalis incipit in ·C·faut in spacio et finitur in ·a·lamire in linea. | ³⁴ Secundus vero naturalis incipitur in ·c·sol-faut in linia et finitur in ·aa·lamire in spacio. ³⁵ Corellative ubicumque ponitur ·C· cum illa voce *ut*, ibi incipitur aliquis cantus naturalis. ³⁶ Et ubicumque ponitur ·a· includens illam vocem *la*, ibi finitur aliquis cantus naturalis. ³⁷ Sed primus bmollis incipitur in ·F·faut in linea et finitur in ·de·lasolre in spacio. ³⁸ Secundus autem b mollis incipitur in ·ff·faut in spacio et finitur in ·dd·lasol in linea. ³⁹ Correlative : ubicumque ponitur ·f· simplex vel duplata ibi incipitur aliquis cantus b mollis, ⁴⁰ et ubicumque ·d· includens *la* ibi finitur aliquis cantus b mollis.

Versus :

⁴¹ Hos partire potes septem clavibus quoque aptes.

⁴² Tres duros confert naturales ·C· geminatos,

⁴³ Et tot b molles ·F· demonstrat tibi cantus.

⁴⁴ ·G· dat h duram, ·C· naturalem ·F· quoque b mollem

⁴⁵ Et ·E· finit ·h·, ·a· simul na<turalis> ·D· quoque ·b·

⁴⁶ Et nota quod cantus ymo dicitur h duralis quia dure cantatur, sed naturalis ymo quia naturaliter iuxta gradum assensionis vel descensionis canitur. ⁴⁷ Sed b mollis vero quia molliter canitur in sua principali nota scilicet in *fa*.

⁴⁸ Ulterius notandum, si tu vis scire cuius vel in quo cantu sit nota quam tu iam solvasti, vel aliunde quelibet nota econverso super unam notam suo proprio cantui assignatur, tunc oportet te descendere de illa nota de qua queritur usque ad proximum *ut*.

⁴⁹ Et si illud *ut* stat in ·E·, tunc nota precedens de qua quesivisti stat in cantu naturali et consequenter alie note secum posite donec fit alia mutacio. ⁵⁰ Et facta alia mutatione queras iterum sicut prius.

⁵¹ Pro quo sciendum ulterius quod anumerando decem et novem claves per iuncturas sinistre manus incipiendo in capite pollicis, locando ibidem ·G·ut et postea in superiori iunctura ·A·re et sic de aliis iuncturis. ⁵² Et sic tunc omnis iunctura inpar dicitur esse linea ita quod clavis que sic numerando cecidit in iuncturam inparem debet in cantu signare in linea cum suis vocibus ut ·G·ut cum illa voce *ut*. ⁵³ Sed clavis autem que sic numerando tetigerit iuncturam parem debet in cantu cum suis vocibus locari in spacio ut ·A·re cum illa nota *re*.

⁵⁴ Post hec cognosce que linea que spaciumve

⁵⁵ Impar iunctura sit quevis linea dicta

⁵⁶ Vult numero pari spacium iunctura vocari. etc.

15r

⁵⁷ Restat nunc dicere de mutatione vocum in predictis clavibus contentarum. ⁵⁸ Pro quo sciendum quod mutacio sic describitur: mutacio est unius vocis in aliam sub eodem sono in eadem clave variacio. ⁵⁹ Volens mutaciones vocum addiscere debet notare quod in nulla clave cantantur plures voces per eundem cantum.

⁵¹ postea] post et hoc modo *lect. dub.*

⁵⁶ etc] etc. sequitur restat etc. *cod.*

⁶⁰Sed unaqueque vox in sua clave suo cantui assignata ut patet in illa clave ·C·faut ubi ista vox *fa* cantatur per primum cantum be duralem, sed ista vox *ut* cantatur per primum cantum naturalem. ⁶¹Pro quo sciendum quod aliique claves tantum unam habent vocem, sicut primi tres : Gamaut, ·A·re, ·B·mi, et tales nullam penitus habent mutacionem. ⁶²Ratio : quia una sola vox mutare non potest. ⁶³Alique vero habent duas voces et tales in numero sunt decim, scilicet ·C·faut, ·D·solre, ·E·lami, ·Ef·faut, be·fa·be·mi, Ee·lami, ·F·faut, ·bb·fabmi, ·cc·solfa, ·dd·lasol. ⁶⁴Et omnes ille claves sicut duas voces habentes, duas habent etiam mutaciones, scilicet unam ascendendo, aliam descendendo exceptis istis duabusque clavibus scilicet ·b·fa·be·mi et ·bb·fa·be·mi, que nullas habent mutaciones. ⁶⁵Ratio : quia *fa* in *mi* mutari non potest, quia mutacio sonum debet fieri in eodem sono et in eadem clave. ⁶⁶Modo *mi* semper alcius canitur quam illa vox *fa* econverso. ⁶⁷Alique vero claves tres habent voces et huiusmodi sunt sex scilicet ·ge·solreut, ·a·lamire, ·c·solfaut, ·d·lasolre, ·gg·solreut, ·aa·lamire et tales sex habent mutaciones, scilicet tres ascendendo et tres descendendo, ut infra clarius patebit.

Versus :

⁶⁸Vocem si clavis habet unam non variabis

⁶⁹Cuius sunt gemine poteris bis variare.

⁷⁰Sed non mutatur ·b·fa·be·mi nec variatur

⁷¹Eius et octavus ne fit mutacio prava.

⁷²Clavis triplata vocibus sex fit variata.

⁷³Ulterius notandum quod mutacio nunquam debet fieri nisi necessitas ascendi et descendi hoc requirat, scilicet ut cantans non sciat ulterius ascendere nec descendere. ⁷⁴Ultimo notandum quod in mutacione vocum semper superior vox mutatur in inferiorem et econverso inferior vox descendendo mutatur in superiorem.

66 econverso *lect. dub.*

⁷⁵·G·ut quot voces habet <?> Unam tantum [quam] *ut* per primum bduralem et nullam mutacionem.

⁷⁶Similiter ·A·re 2^a clavis tantum unam habet vocem, scilicet *re* per primum bduralem et nullam mutacionem.

⁷⁷Similiter ·be·mi tantum unam vocem habet, scilicet *mi*, per primam bduralem et etiam nullam mutacionem.

⁷⁸·C·faut duas habet voces, scilicet *fa* per primum cantum h duralem et *ut* per primum naturale. Et similiter duas habet mutaciones. ⁷⁹Primam mutacionem habet ascendendo, quia primo mutatur *fa* in *ut* de primo cantu bedurali in primum naturale. ⁸⁰Secundo econverso *ut* mutatur in *fa* descendendo de primo cantu naturali in primum cantum bduralem ut probatur isto modo :



15v

⁸¹·D·solre duas habet mutaciones, scilicet *sol* <per> primum cantum b duralem et *re* per primum naturale. ⁸²Et etiam duas habet mutaciones, scilicet unam ascendendo | aliam descendendo. ⁸³Primo enim modo mutatur *sol* in *re* ascendendo de primo cantu naturali in primum naturale. ⁸⁴Secundo modo vero contra mutatur *re* in *sol* in primum bdurale ut probatur in practica sequenti etc.



⁸⁵·E·lami habet duas <mutationes>, scilicet *la* per primum cantum b duralem et *mi* per primum naturale. ⁸⁶Similiter etiam habet duas mutaciones. ⁸⁷Primo enim modo *la* mutatur in *mi* ascendendo de primo cantu b durali in primum naturale. ⁸⁸Secundo modo econverso mutatur *mi* in *la* descendendo de primo cantu naturali in primum b mollem quod clare patet in notis sequentibus :




⁸⁹ .F·faut septima clavis in ordine et propria clavis cantus primi b mollis duas habet voces scilicet *fa* per primum naturalem et *ut* per primum b mollem. ⁹⁰ Et similiter duas habet mutaciones. ⁹¹ Primo enim modo *fa* mutatur in *ut* ascendendo de primo cantu naturali in primum b mollem. ⁹² Secundo modo vero econverso *ut* mutatur in *fa* descendendo de primo cantu b molle in primum naturale etc.



⁹³ .G·solreut propria clavis secundi cantus b duralis tres habet voces, scilicet *sol* per primum naturalem, *re* per primum b mollem, *ut* per secundum bduralem qui ibi incipitur. ⁹⁴ Et talis clavis sex habet mutationes. ⁹⁵ Primo enim modo *sol* mutatur in *re* ascendendo de primo cantu naturali in primum b mollem. ⁹⁶ Secundo modo vero econverso mutatur *re* in *sol* de primo cantu b molli in primum naturalem et hoc modo descendendo. ⁹⁷ Sed tertio modo *sol* mutatur in *ut* ascendendo de primo cantu naturali in 2^m b duralem. ⁹⁸ Quarto modo vero econverso *ut* mutatur in *sol* descendendo de secundo cantu b durali in primum naturalem. ⁹⁹ Quinto vero *re* mutatur in *ut* ascendendo de primo cantu b molli in 2^m be duralem. ¹⁰⁰ Sexto vero econverso *ut* mutatur in *re* descendendo.

¹⁰¹ .a·lamire illa clavis tres habet voces scilicet *la* per primum naturalem, *mi* per primum b mollem, *re* vero per 2^m b duralem, et sex habet mutationes. ¹⁰² Primo enim modo *la* mutatur in *mi*

ascendendo de primo cantu naturali in primum b mollem.¹⁰³ Secundo modo *la* mutatur in *mi* ascendendo de primo cantu naturali in primum b mollem.¹⁰⁴ Secundo modo econtra *mi* mutatur in *la* descendendo de primo cantu b molli in primum naturali.¹⁰⁵ Tertio modo vero *la* mutatur in *re* ascendendo de primo cantu naturali in secundum b duralem.¹⁰⁶ Quarto modo econtra *re* mutatur in *la* descendendo de secundo cantu b durali in primum naturalem.¹⁰⁷ Quinto modo *mi* vero mutatur in *re* ascendendo de primo cantu b molli in 2^m b duralem.¹⁰⁸ Sexto modo econtra *re* mutatur in *mi* descendendo de secundo cantu bdurali in primum b mollem.¹⁰⁹ Et omnes iste sex mutaciones clarescant in sequenti figura.




16r

¹¹⁰ b·fa·h·mi duas habet voces, scilicet *fa* per primum b mollem et *mi* per secundum b duralem.¹¹¹ Et illa clavis b·fa·h·mi nullam habet mutationem.¹¹² Ratio quia *fa* in *mi* mutare non potest quia mutacio debet fieri in eodem sono ut dictum est de divisione mutacionis.¹¹³ Et eciam propter duplarem clavem, quarum quilibet servat unam vocem, quia

bdurum querit *mi* et b molle canit *fa*
ymo regula debet intelligendi ubi manet una clavis.

¹¹⁴ c·solfaut tres habet voces, scilicet *sol*, *fa* et *ut*. c· autem est literra.¹¹⁵ Et prima vero scilicet *sol* cantatur per primum cantum b mollem, *fa* vero per 2^m cantum h duralem, et *ut* per secundum cantum naturali.¹¹⁶ Qui cantus in illa clave incipitur, quia in quacumque clave ubi reperitur illa vox, *ut* designatur quod in

tali clave incipitur aliquis cantus.¹¹⁷ Et illa clavis sex habet mutaciones.¹¹⁸ Primo modo *sol* mutatur in *fa* ascendendo de primo cantu b molli in 2^m hduralem.¹¹⁹ 2^o vero modo mutatur *fa* in *ut* ascendendo de 2^o cantu h durali in 2^m naturalem.¹²⁰ 3^o modo mutatur *fa* in *sol* descendendo de secundo cantu h durali in primum b mollem.¹²¹ 4^o modo *ut* mutatur in *fa* de secundo cantu naturale in secundum b mollem.¹²² 5^o modo *sol* mutatur in *ut* ascendendo de primo cantu b molli in 2^m naturalem.¹²³ Sexto modo econverso *ut* mutatur in *sol* descendendo de 2^o cantu naturali in primum b mollem.



¹²⁴ ·d· lasolre habet tres voces scilicet *la*, *sol* et *re*, *la* per primum b mollem, *sol* per 2^m b duralem, *re* per 2^m naturalem.¹²⁵ Et illa clavis tres habens voces, sex habet mutaciones sicut et alie claves trium vocum.¹²⁶ Primo enim modo *la* mutatur in *fa* ascendendo de primo cantu b molli in 2^m b duralem.¹²⁷ Secundo modo econverso *sol* mutatur in *la* et hoc modo descendendo de secundo cantu b durali in primum naturalem.¹²⁸ 3^o modo tunc illa vox *sol* mutatur in *re* ascendendo de 2^o cantu b durali in 2^m naturalem.¹²⁹ 4^o modo econtra *re* mutatur in *sol* descendendo de secundo cantu naturali in secundum b duralem.¹³⁰ 5^o modo autem *la* mutatur in *re* ascendendo de primo cantu b molli in 2^m naturalem.

121 b mollem] h duralem *cod.*

¹³¹ 6^o modo vero econverso *re* mutatur in *la* descendendo de 2^o cantu naturali in primum b mollem. ¹³² Et hoc sic probatur :

¹³³ Sequitur nunc de ·e·lami. ¹³⁴ ·e·lami duas habet voces scilicet *la* et *mi*. ¹³⁵ Habet enim *la* per 2^m cantum h duralem, *mi* vero per 2^m cantum naturalem et illa clavis duas habet mutationes sicut et alie claves duarum vocum. ¹³⁶ Primo enim modo *la* mutatur in *mi* ascendendo de 2^o cantu h duralem in 2^m naturalem. ¹³⁷ Secundo modo vero econtra *mi* mutatur in *la* descendendo de secundo cantu naturali in 2^m b duralem. ¹³⁸ Et hoc modo sic probatur videlicet.

16v

¹³⁹ ·ef·faut duas habet voces similiter et duas mutaciones.

¹⁴⁰ Habet enim unam vocem scilicet *fa* per 2^{um} naturalem et *ut* per secundum bmollem, qui cantus scilicet bmollis ibi reperitur. ¹⁴¹ Et primo modo mutatur *fa* in *ut* ascendendo de 2^o cantu naturali in 2^m b mollem. ¹⁴² 2^o modo vero econtra *ut* mutatur in *fa* descendendo de 2^o cantu b molli in 2^m naturalem. ¹⁴³ Ex quo probatur sic :

Prima 2^a

¹⁴⁴ ·g·solreut tres habet voces scilicet *sol*, *re* et *ut*. ¹⁴⁵ Habet enim *sol* per 2^m naturale, *re* vero per 2^m b mollem, *ut* per 3^m b duralem et ultimum. Et illa clavis ·gg·solreut sex habet mutationes sicut

precedentium vocum. ¹⁴⁶ Primo enim modo *sol* mutatur in *re* ascendendo de 2^o cantu naturali in 2^m b mollem. ¹⁴⁷ 2^o modo econtra *re* mutatur in *sol* descendendo de 2^o cantu b molli in 2^m naturalem. ¹⁴⁸ 3^o modo *re* mutatur in *ut* ascendendo de 2^o cantu b molli in 3^m b duralem. ¹⁴⁹ 4^o modo econtra *ut* mutatur in *re* descendendo de 3^o cantu b durali in 2^m b mollem. ¹⁵⁰ 5^o vero modo *sol* mutatur in *ut* ascendendo de 2^o cantu naturali in 3^m b duralem. ¹⁵¹ 6^o modo et ultimo econtra *ut* mutatur in *sol* descendendo de 3^o cantu bduriali in 2^m naturalem. Sic probatur :

¹⁵² .aa·lamire tres habet voces scilicet *la* per 2^m cantum naturalem, *mi* per 2^m ·b·mollem, *re* vero per 3^m ·b·duralem et etiam sex habet mutaciones. ¹⁵³ Primo enim modo *la* mutatur in *mi* ascendendo de 2^o cantu naturali in 2^m ·b·mollem. ¹⁵⁴ 2^o modo econtra *mi* mutatur in *la* descendendo de secundo cantu ·b·molli in 2^m naturalem. ¹⁵⁵ 3^o modo *mi* mutatur in *re* ascendendo de 2^o cantu ·b·molli in 3^m ·b·duralem. ¹⁵⁶ 4^o modo econtra *re* mutatur in *mi* descendendo de 3^o cantu ·b·durali in 2^m ·b·mollem. ¹⁵⁷ 5^o modo *la* mutatur in *re* ascendendo de 2^o cantu naturali in 3^m ·b·duralem. ¹⁵⁸ Sexto modo econtra *re* mutatur in *la* descendendo de 3^o ·b·durali in 2^m naturalem quod patet sic :

3^a 4^{ta}
5^a 6^a

¹⁵⁹ Sequitur ·bb·fa·b·mi. ¹⁶⁰ ·bb·fa·b·mi habet duas voces scilicet *fa* et *mi*, *fa* per 2^m b mollem et *mi* per secundum b duralem. ¹⁶¹ Et habet litteram geminatam et nullam habet mutationem, quia *fa* in *mi* mutari non potest ratione precedenti posita in illa clave ·b·fa·b·mi, quia eodem modo dicitur de uno sicut de alio quo ad earundem mutationes. Sequitur ·c·solfa etc.

¹⁶² ·c·solfa duas habet voces, scilicet *sol* per 2^m b mollem, *fa* vero per 3^m b duralem, et ex consequenti duas habet mutationes.

¹⁶³ Primo modo mutatur *sol* in *fa* ascendendo de 2^o bmolli in 3^m bduralem. ¹⁶⁴ Secundo modo e contra descendendo *fa* mutatur in *sol* de 3^o cantu bdurali in 2^m bmollem quod sic patet :

Prima 2^a

17r

¹⁶⁵ ·d·lasol ultima clavis in manu clavium habet duas voces scilicet *la* et *sol*. ¹⁶⁶ Habet enim *la* per 2^m bmollem, *sol* vero per 3^m bduralem et eciam consimiliter duas habet mutationes. ¹⁶⁷ Primo modo mutatur *la* in *sol* ascendendo de 2^o cantu b molli in 3^{um} b duralem. ¹⁶⁸ Secundo modo econtra *sol* mutatur in *la* descendendo de 3^o cantu b durali in 2^m b mollem.

Prima 2^a

¹⁶⁹ ·e·la ultima clavis omnium clavium habet unam vocem scilicet *la* per 3^m cantum h duralem. ¹⁷⁰ Nullam habet mutationem, quia una sola vox mutari non potest et illa clavis non habet locum in manu, sed extra manum secundum Modernos et modo ad finiendum 3^m cantum b duralem, qui alias non haberet finiri etc.

¹⁷¹ Et animadvertisendum quod omnes et singule mutaciones iste, tam ascendentibus quam descendente, in subscripta nota manifeste et lucide continentur. Amen.